



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Titulus XLVI. De Observatione Jejuniorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

statuit, ut Reliquiæ venales, non exponantur; ut antiquæ extra capsam suam non ostendantur, aut extrahantur; & ne illi, qui devotionis causa accedunt, varijs figmentis, & falsis denuntiationibus decipiantur; & ut de novo inventæ (non quidem illorum, qui inter Sanctos jam relati sunt, sed eorum, qui à sancta Sede nondum canonizati sunt) publico cultui non proponantur, nisi prius autoritate Summi Pontificis fuerint approbatæ.

SUMMARIUM.

1. *Quid sit Canonizatio?*
2. *Imagines insolita, aut Reliquiæ venerationi exponendæ non sunt, nisi approbante Episcopo.*

Notandum primò. Canonizationem non aliud esse, quàm certum quendam ritum, quo Summus Pontifex declarat ac definit, post præmissam diligentem inquisitionem super vitæ morumque probitate canonizandi, & miraculorum ab eo pa-

tratorum veritate, ac causa passionis (si in SS. Martyrum numerum referendus quis sit) SS. numero adscriptum talem, & ut sanctum ab omnibus honorari, & coli possit, tacitè saltem approbando, si ex antiquo ut sanctus honoratus fuit.

Notandum secundò. Trident. Sess. 25. in decreto de invoc. & venerat. SS. præscribere, ut non liceat alicui insolitam imaginem in Ecclesia ponere, nisi ab Episcopo approbata sit: nec novæ Reliquiæ sint recendæ, nisi recognoscen- & approbante Episcopo. Quod decretum ita intelligi debet, non quidem quasi possent Episcopi hominum non Canonizatorum Reliquias aut Imagines publicè colendas exponere aut radijs aliisve sanctitatis insignijs expositas,mittere, sed quòd antiquorum Sanctorum jam Canonizatorum, aut qui ab immemoriali tempore pro Sanctis semper habiti fuerant, de novo repertas Reliquias recognoscere debeant prius Episcopi, & approbare, antequam publico cultui exponantur.

TITULUS XLVI.

DE OBSERVATIONE JEJUNIORUM.

Quibus diebus Jejunia, & quomodo observanda sint, in hoc tit. statuit Pontifex, de quibus plura in Theol. Moral. L. 4. Tra. 8.

TITULUS XLVII.

DE PURIFICATIONE POST PARTUM.



X hoc tit. tantum habetur, quòd fæminis in nova lege nullum certum tempus præscriptum sit, quo ab ingressu templi post partum absti-

nere debeant, sicut olim in antiqua lege præscriptum fuit fæminis Hebræis. Servanda tamen est locorum consuetudo.

\* \* \*

TITU-